UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum, 1787

VD18 90119649

§. 18. Literarum studia variis in locis gnaviter promota.

urn:nbn:de:hbz:466:1-67882

Visual Library

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„vam doctrinam detuliſtis, præceptum
„facientes, quæ hactenus conſilii fu-
„rant, injuriam Salvatori noſtro in-
„rentes, non quod dedeceat mediatri-
„cis titulo ſub aliqua ratione Deiparam
„ornare; ſed quod ſine mediatrice
„ille mediator noſter eſſe apud Deum
„non poſſit. Hæc horret eccleſia, ſi
„concione iſthic habita deducantur
„hæc rideant hæretici, quibus tamen
„nunciandum eſt, nequaquam hanc e
„eccleſiæ mentem. Ceterum non
„ego ſum, qui lubenter in arenam de-
„ſcendam adverſus obtrectatores libro-
„rum meorum, imo optare me fateor
„ut excitati iſthic motus ſopiantur,
„honeſta aliqua ratione ſcandalis in
„enatis remedium adhibeatur: verum
„ſi adhuc detrahere libris meis perg
„tis, conſulam rebus meis. Certe
„dubito, quin pugnare didiceritis &
„uſum armorum habeatis, ſed ſtu
„curandum vobis reor, ut pro verita
„& ſana ſemper pietate pugnetis. Q
„Rev. Pater dicta volo, intacto ſemp
„obſequio, quod tibi & nobiliſſimo veſt
„ordini ſemper debere me profiteor.

§. XVIII.

Literarum ſtudia variis in locis gra-viter promota.

Proſpero magis, magisque decoro
na

natu Romæ & alibi emendandæ ſtudiorum rationi, & politicarum diſciplinarum incremento hoc anno inſudatum eſt: & quidem præprimis Benedictus XIV. Papa eximius literarum ac literatorum fautor exeunte hoc anno nova quatuor Collegia ſeu Academias erexit, ex quibus præcipua erat *Academia Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ.* Huic Præſidem dixit Criſpium Archiepiſcopum, voluitque, ut Eruditi huic Academiæ aggregati literarios ſuos cætus in Conventu Patrum Congregationis Oratorii ad S. Mariam de Vallicella haberent. Exacta hujus ſocietatis notitia hauriri poteſt ex libello Romæ literis Joſephi Collinii impreſſo, cui titulus: *Notitia de Academia Romæ juſſu Benedicti XIV. Papæ an.* 1740. *erecta.* Haud ſegnius in Galliis Ludovicus XV. Rex nil eorum prætermiſit, quibus literarum progreſſus promoveri poſſet; præcipue vero Regio diplomate, ampliſque privilegiis auxit ac confirmavit Divionenſem Academiam a Bernardo Pouſſiero erectam, cujus ſingulare ſtudium erat, ut ſedula inquiſitione exactoque labore mathematica, moralia & medicæ artis arcana detegerentur, atque ad publicam utilitatem explanarentur. Idem quoque Rex in Regium Hiſtoriographum ac Conſiliarium denominavit

Sæc. XVIII.
A. C. 1740.

Sæc. XVIII.
A. C. 1740.

celeberrimum Argentinenſem Hiſtori-
rum Profeſſorem Joannem Daniele-
Schöpflinum, qui eodem hoc anno d
decima ſeptima Martii panegyricum L-
dovici XV. Regiis Natalitiis juſſu p-
blico dixerat, ob ſermonis eleganti
poſtea gallice redditum. Ut vero R
Literatos propoſitis Regiæ liberalita
præmiis ad indefeſſam literarum cul-
ram excitaret, aſſignato trium milli
librarum ſtipendio rei maritimæ Præ-
ctum nominavit Joannem de Maup
tuis Virum multis meritis & præſe
per plures annos in Laponia factis o
ſervationibus clarum, cui ejusque
ciis nauticæ emendationem comme
vit. Pariter Indicæ navigationis
Pariſiis detectis variis Auſtrum ve
& Promotorium bonæ ſpei region
perelegantem confecere mappam
graphicam, in qua Auſtrales plagæ
ter Tropicum Capricorni & Polum
tarcticum ſitas mirifice expreſſerunt.

§. XIX.

Alternans Judæorum fatum.

Hoc item anno Judaica gens in va
regionibus nunc proſperis rebus
nunc ambiguis utebatur, prout eo
ſors Principibus aut proficua, aut n
xia videbatur, vel prout ipſimet ſe

peran